Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 381
Quelle:
Copyright:

An ein ende mege geribten
In der gerichte in der getat
Als erz angevangen hat
Er ſtarp an Salomone
Got gab im ze lone

Ein liechte chrone in himelreiche
Nv vnd ewichleiche
Sein Namen iſt im wol bechant
Ruedolf von anſe was er genant.

Si clauſulam hanc et Exordium, quod ſupra dedi, cum iis conferas, quae *Vol.* I. P. 1. *col.* 377. et *ſeq.* ejusdem *Rudolphi* produxi, vix quidem putes agi de eodem Opere; neque alia mihi occurrit ratio, quam ſubſequentium Rhythmographorum et Scribarum in emendando et perficiendo, ſi Superis placet, licentia, a qua graecos et latinos Antiquos, quod eorum linguam parum callerent, magis immunes fuiſſe, ſane gratulandum eſt. Clauſulam porro praedictam excipit *Nouus liber. Ein newez puech.* Nomen Continuator hic non prodit; prodidit vero ante Novum Teſtamentum, ut patet *Vol. cit. col.* 380. eſtque *Henricus de Bavaria* ſeu *Monachio*, quem in Syllabis Rhythmographorum noſtratium a Variis traditis non reperio, uti nec anteceſſorem ejus *Rudolphum ab Amſe* vel *Anſe*, niſi ſit idem cum *Rudolpho ab Hohen Ems.* Procedit igitur *Henricus* ille a *Roboamo*, ſed cum eo pari paſſu Codicis procedit confuſio; *fol.* enim 96. incidas in I. *Reg.* c. 4. *fol.* 98. in partem Praefationis hujus I. *Libri*, *fol.* demum 103. in extrema *Libri Judicum*, et initium mox dictae Praefationis, poſt quod reliqua omnia metrici hujus Operis excidere. Eſt vero, quod e dicta Praefatione excerpam. Nam poſtea quam in ea *Rudolphus* Imperatores *Suevicos Conradum III. Fridericum I. Henricum VI. Philippum*, et *Fridericum* II. ellogiis mactaſſet, proſequitur:

Daz iſt der chvnich Cunrat
Des keyſers kint der mir hat
Geboten vnd des pat mich
Innenclichen daz ich

Durch in die mere tichte
Vnd von ane genge berichte
Wie got nach ir werde
Geſchvf himel vnd erde &c.

En *Conradum* IV. auſpicem hujus Verſionis. At *Vol.* I. ſaepe *cit.* P. I. *col.* 378. auſpex dictus eſt *Henricus Thuringiae Landgravius.* Difficile; niſi duos hortatores acceſſiſſe dicamus.

II. *fol.* 104. incipit luculentum Fragmentum magni Poematis de *Paridis* et *Helenae* Amoribus, Belloque *Trojano*, cujus prima deſcribam:

Daz er (Paris) *ſein ſelbes gar vergaz*

Zeinem mal het er ain trinch vaz

Mit